



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Mutuum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Mors num. 6. Sylu. mors nume. 4. Ang. eo. 6. vbi de periculo.

Nau. Syl. confessio 1. nu. 6. Fum. l. c. Suar. 1. 3. d. 69. sect. 3. col. 2. articulum, & periculum mortis pro eodem accipiunt; vt quis possit absolui. Val. t. 4. d. 7. q. 10. p. 2. cum Sot. d. 18. q. 4. art. alterum ab altero distinguit. Vide Absolutio 4.

Indulgentia concessa alicui in vero articulo mortis non prodest ijs, qui non moriuntur: at prodest, si scriptum sit in bulla In articulo mortis. *Bellar. l. 1. c. 9. de Indulg.*

*Mutuum, vide Debitum, Depositem,
Vsuram.*

1 **M**utuum repetens ante tempus, quia æget, non tenetur ad interesse, nisi mutuarius aliundè, si ille non mutuasset, fuisset habiturus.

* *De mutuo Mol. à d. 298. Garzias c. 6. De usura in mutuo, D. Th. 2. 2. q. 78. Bannes ib. ar. 2.*

2 Licet aliquid accipere pro obligatione mutuandi, non tamè ratione periculi, cui pecunia mutuo data exponitur. *Sot. lib. 6. q. 4. art. 1. Conrad. q. 59. de contract. Sylu. Vsuram 2. nu. 2. Tolet. de pecc. mort. c. 51.*

* *Vers. Sot. l. 6. q. 1. art. 2. Mol. d. 308. nu. 4.*

3 Mutuare cum pacto remutuandi, licere quidam aiunt; sed id alij negant, quibus assentior: obligare enim ad aliquid pecunia æstimabile ob mutuum, usura est.

* *Conrad.*

* *Conrad. de contract. q. 37.* pro remissione iniuriæ accipere aliquid tanquam pretium vsuram putat.

Remutuandi licere putant *Ang. Vsur. 1. 4. Maior. 4. d. 15. q. 29. ad 2. Bannes 2. 2. q. 78. art. 2.* negant *D. Th. l. c. ad 2. Caiet. ib. Sot. l. c. Gab. 4. d. 15. q. 11. art. 1. Nau. c. 157. nu. 223. Mol. d. 308.* addit autem *Mol. num. 5. 6.* exigere mutuuum in præfenti tanquam cõditionem, sine qua non, nõ esse illicitum, vt do tibi mutuam pecuniam, vt triticum mihi mutuuum des.

4 Mutuantem etiam vltro posse ex pacto accipere lucrum cessans, dicunt aliqui, alij verò negant, nisi in alterius gratiam mutuet: quæ sententia videtur communis, & tenenda. *D. Tho. 2. 2. q. 78. art. 1. Caiet. ibid. Sot. in 4. d. 15. q. 2. Duran. in 4. d. 37. q. 2. Sot. lib. 6. q. 1. art. 3. Syl. vsur. 1. n. 19. Conrad. q. 30. Hadr. q. de vsur. Nauar. c. 17. num. 212. Petrus Naua. l. 3. c. 2. num. 284. Innoc. c. fin. de vsur.*

* *Couar. 3. var. resol. c. 4. nu. 5. Caiet. l. c. art. 4. Bannes l. c. Mol. d. 315. nu. 2. 5. ex communi.*

5 Quod tibi à mutuuario gratis dontur, etiam cum petisti, potes retinere: solum enim prohibetur quod datur velut debitum ratione mutui.

* *Vid. Mol. d. 306. nu. 2. 3.*

6 Pecunia deposita cum potestate vtendi, fit mutuuum; idemque est de quouis cõsistente in numero, pondere, aut mensura, fit que

depositarius dominus.

7 Si quis det frumentum, recepturus oleum, mutuum videtur implicitum.

8 Mutuare mercatori cum pacto, ut reddat in mercibus, ut operario, ut in operis, est emere anticipata solutione.

* Vide *Mol. d. 309. num. 9.*

9 Mutuatum frumentum, eadem mensura reddendum, aut pretium quo valet tempore quo redditur, etiam si reddatur in loco ubi plus valet, aut reputatur tempore quo plus valet, quando non est præfixum tempus redemptioni. At mutuata pecuniæ debet recipi valor temporis quo data est, scilicet, tot nummi, quot aureus tunc valebat. At pactum de recipiendo per frumento quantum valet tempore quo datur, est non mutui, sed venditionis, *Vide ff. de reb. cred. lib. 22.*

* Vide *Sot. l. c. art. 2. col. 7.*

10 Mutuum acceptum ab usurario potest in alium transferre cum pacto ut soluat usuram quam tu debebas. Vide explicationem apud *Sylu. usur. 1. §. 20.*

* Vide *Sylu. usura. 1. §. 20. Ang. eod. numer. 2. Mol. d. 314. nu. 7.* distinguit si adhuc durat causa, si cessauit, non potest.

Mutuo vexatio licite redimitur. *Sot. l. c. art. 2. col. 3.*

Nath